

Alte Drucke

**M. T. CICE=||RONIS EPISTO-||LAE AD COMPLVRES || SCRIPTAE,
QVAS VVLGO || FAMILIARES APPEL=||LARVNT, || CVM
ARGVMENTIS GI-||berti Longolij, editæ || DE ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1566

VD16 ZV 30873

VITA M. TVLLII CICERONIS EX T. LIVII historiarum libro CXX. descripta ex antiquo exemplari.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149860

VITA M. TVLLII

CICERONIS EX T. LIVII

historiarum libro CXX.

descripta ex antiquo

exemplari.



Arcus Cicero sub adventum Triumvirorum urbe cesserat, pro certo habens id quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Cæsari Cæsium & Brutum posse. Primo in Tullianum fugerat: inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Caieta navim conscensurus, proficiscitur: unde aliquoties in altum provectum, cum modo venturi aduerti retulissent, modo ipse iactationem navis cæco volente fluctu, pati non posset, tædium tandem eum & fugæ & vitæ cepit. Regressus ad superiorem villam, quæ paulo plus mille passibus a mari abest, Moriar, inquit, in patria sæpe servata. Satis constat servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum: ipsum deponi lecticam, & quietos pati quod fors iniqua cogeret, iussisse. Prominenti ex lectica, præbentique immotam cervicem, caput præcisum est. Nec satis stolidæ crudelitati militum fuit: manus quoque scripsisse aliquid in Antonium exprobrantes, præciderunt. Ita relatum caput ad Antonium, iussuque eius inter duas

VITA CICERONIS.

duas manus in rostris positum: ubi ille consul, ubi sæpe consularis, ubi eo ipso anno aduersum Antonium, quanta nulla unquam humana vox cum admiratione eloquentiæ, auditus fuerat. Vix attollentes lacrimis oculos homines intueri trucidata membra eius poterant. Vixit tres & sexaginta annos: ut si uis abfisset, ne immatura quidem mors uideri possit. Ingenium & operibus & præmijs operarum felix: ipse fortunæ diu prosperæ, & in lógo tenore felicitatis magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiæ morte, exitu tam tristi atque acerbo. Omnium aduersorum nihil ut uiro dignum erat tulit, præter mortem, quæ uere existimanti minus indigna uideri potuit quod a uictore inimico crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunæ composito fecisset. Si quis tamen uirtutibus uicia pensarit, uir magnus ac memorabilis fuit, & cuius in laudes sequendas Cicerone laudatore opus fuerit.

in laudem

IN LAUDEM CICERONIS
VRCEVS CODRVS.

Romanæ ornauit gentis doctissimus urbem.

Tullius ingenij nobilitate sui.

Non habet huic similem doctrinæ Græcia mater,

Nec reperire parem lingua Latina potest.

MARCI